[C]aleb filius iefone. stare contra hostem
& prohibere gentem a peccatis. & perfrin
gere murmur malitie; & ipsi duo con
stituti a periculo liberati sunt. A numero
sex centorum milium peditum indu
cere illos in hereditatem. in terram que
manat lac et mel. Et dedit dominus ipsi cha
leb fortitudinem. & usque in senectute
permansit illi uirtus. ut ascenderet in
excelsum terre locum. & semen ipsius
optinuit hereditatem; & uiderunt
omnes filii israel quia bonum est obsequi
sancto deo. Et iudices singuli suo nomine
quorum non est corruptum cor. qui non
auersi sunt a domino. ut sit memoria
illorum in benedictione. & ossa eorum pul
lulent de loco suo; & nomen eorum perma
net in eternum. permanens ad filios
illorum sanctorum uirorum gloria. Dilectus a domino
deo suo samuhel propheta domini. reno
uauit imperium. & unxit principes
in gente sua. In lege domini iudica
uit congregationem. Et uidit dominus
iacob. & in fide sua probatus est propheta. &
cognitus est fidelis in uerbis suis. Quia
uidit dominum lucis. & inuocauit
dominum omnipotentem. in expug
nando hostes circumstantes undique; in
oblatione uiri inuiolati. Et intonuit
e celo dominus. in sonitu magno au
ditam fecit uocem suam. & contriuit
principes tiriorum. & omnes duces phi
listiim. & ante tempus finis uite sue &
seculi testimonium prebuit in cons
pectu domini & christi. Pecunias et usque
ad calciamenta. ab omni carne non ac
cepit. Et non accusauit illum homo.
& post hoc dormiuit. & notum fecit re
gi. & ostendit illi finem uite sue. &
exaltauit uocem ~~eius~~ suam de terra in pro

Laus david fortissimi

Laus salomonis

phetia. & delere impietatem gentis.
Post hoc surrexit nathan propheta in diebus xi.
dauid. & quasi adeps separatus est a carne.
Sic dauid a filiis israel. Cum leonibus lusit xii. XLVII
quasi cum agnis. & in ursis similiter
fecit. sicut cum agnis ouium. In iuuen
tute sua. numquid non occidit gigantem
& abstulit obprobrium de gente. in tol
lendo manum in saxo funde. deiecit
exultationem golie. Nam inuocauit
dominum omnipotentem. et dedit in dexteram
eius. tollere hominem fortem in bello.
& exaltare cornu gentis sue. Sic in decem
milibus glorificauit eum. & laudauit
eum in benedictionibus domini. in
offerendo illi glorie coronam. Contriuit
enim inimicos undique; & extirpauit
philistiim contrarios. usque in hodier
num diem. Contriuit cornu ipsorum usque
in eternum. In omni tempore dedit
confessionem sancto excelso in uerbo glorie.
de omni corde suo laudauit dominum
& dilexit dominum qui fecit illum. & dedit
illi contra inimicos potentiam. Et stare
fecit cantores contra altare. & in sono
eorum dulces fecit modos. & dedit in cele
brationibus decus. Et ornauit tempo
ra usque ad consumationem uite. ut lau
darent nomen sanctum domini. & ampli
ficarent mane dei sanctitatem. Christus pur
gauit peccata ipsius. exaltauit in eter
num cornu eius. et dedit illi testamen
tum regum. et sedem glorie in israel. Post
ipsum surrexit filius sensatus. & propter
illum deiecit omnem potentiam inimi
corum. Salomon imperauit in diebus xiii.
pacis. cui subiecit deus omnes hostes.
ut conderet domum in nomine suo.
& pararet sanctitatem in sempiternum.
quemadmodum eruditus est. in iuuen